



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 119. Bajazethis Consilium Zizimum veneto necandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1490.

§. CXIX.

*Bajazethis consilium Zizimum veneno
necandi.*

Rayn. ib.
num. 5.

Tanta promissorum amplitudo, ac munera largitas, quæ Bajazethes offerebat, eo vel solo nomine suspecta habebantur, quod paucis antea mensibus Zizimum fratrem suum veneno e medio tollere molitus esset, ministerio usus cuiusdam Christophori Macrini, cognomento Picentis; hic ira furens, quod a Pontificio Administro officio suo privatus imo & expulsus esset, Constantiopolim se contulit, pollicitusque est Bajazethi, se Pontifice ac Zizimo necatis brevi belli timorem a Turcarum imperio amoturum. Hic opitulante supremo Turcicæ superstitionis Ministro, quem Muphti vocant, saepius ad colloquium Bajazethis admissus, auro, gemmisque pretiosis, ac ampliorum munera pollicitatione ad audiendum facinus impellebatur; promittebat enim illi Bajazethes Chalcydis Insulæ præfecturam unacum ducentarum triremium classe, dummodo fontem, ex quo Papa, & Zizimus aquam biberent, veneno inficeret, quam in rem eidem lagenam toxico admodum violentio repletam suppeditavit. Christophorus accepto negotio omnem, quam pos-

set,

set,
lita
jeft
esse

Me

bis

pib

in

tis

cun

ma

att

Pe

Si

stu

ut

ve

Ro

leg

tra

ge

ut

H

P

u

M

D

set, pollicetur operam; ast ob alia de- Sæcul. XV.
lita carceri datus, ac quæstionibus sub- A.C. 1490.
jectus, pessima, quæ Romæ executurus
eset, consilia confessus est; quapropter
Mense Majo capite damnatus, ac per ur-
bis compita raptatus, ardentibus forci-
pibus discerpebatur, demum corpus ejus
in partes disiectum, in diversis urbis por-
tis expositum est, ad ceterorum compli-
cum terrorem, quorum haud pauci Ro-
mæ numerabantur, eorumque nonnulli
attentati facinoris poenas dederunt.

§. CXX.

Pontificis studium in uniendis Prin- cipibus contra Turcas.

Summus Pontifex, insuperhabitibus Baja-
zethis muneribus, ac pactis, assiduo
studio Principes Christianos hortabatur,
ut junctis viribus bellum in Turcas mo-
verent. Sollicitabat ad id Romanorum
Regem, qui & auxilia pollicitus est, ea
lege, ut ante omnia inter Fridericum Pa-
trem ejus, & Matthiam Hungariæ Re-
gem concordia redderetur, atque inter
utrumque Principem pax conciliaretur.
Hanc in rem Bernardus Stich a summo
Pontifice Neapolim Orator decretus est,
ut Friderici Imperatoris, ejusque Filii
Maximiliani, necnon Alberti Saxonie
Ducis literas ad Ferdinandum Regem
per-